

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9722

Auteur(s) : Jean Ier, Alençon (comte)

Bénéficiaire(s) : La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1191, 15 janvier

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Jean, fils du comte Guillaume de Ponthieu, notifie que Robert Corbet a loué tout ce qu'il a dans son domaine à Crocy, sauf le droit et les services appartenant à Jean, fils du comte de Ponthieu, aux moines de Saint-André-en-Gouffern, pour vingt ans à partir de la fête de saint Rémi en 1191, moyennant dix livres du Mans par an.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6511/7.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 6, p. 409.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Jean Ier, comte d'Alençon, 1171-1191 († 24 février 1191).

Texte d'après A

Universis sancte Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit, Johannes filius Willelmi comitis de Pontivio salutem. Noverit universitas vestra quod Robertus Corbet locavit monachis Sancti Andree usque ad XX annos totum dominium suum quod habet apud Croceium et omnes homines qui tenent de eo ut ipsi faciant eisdem monachis et serviant per omnia sicut serviebant Roberto Corbet, in censibus, in redditibus, in releviis si evenerint et in omnibus aliis serviciis fideliter. Hujus vero pacti conditio talis est quod monachi debent ei reddere pro eadem terra pro singlis annis .X. libras Cenomanensium de tribus in tribus annis XXX. libras. Si autem monachi aliquid de suo proprio miserint in eadem terra pro defectu servicii ejusdem Roberti Corbet aut hominum suorum, quicquid impenderint de proprio de ipso reddito primitus eis persolvetur testimonio legitimatorum hominum ipsius Roberti. Tradidit autem eis quicquid habet in eadem villa, in terra, in pratis, in insulis, in virgulto, in molendino, in redditibus, salvo jure meo et servicio meo. Completis vero XX annis predictus Robertus Corbet habebit terram suam. Terminus hujus pactionis incepit anno Dominice incarnationis M^o. C^o. XC^o. I^o. scilicet in secundo anno in quo fuit Ricardus rex Anglorum coronatus, in die sancti Remigii. Sciendum vero quod omnes homines ipsius Roberti juraverunt fidelitatem abbati et monachis tenendam usque ad prefatum terminum et quod reddent eis fideliter quicquid debent reddere dominis suis. Illud etiam est sciendum quod memorati monachi reddiderunt

predicto Roberto Corbet ex integro terram illam quam tenuerant per XII annos liberam et quietam in omnibus in presentia hominum ipsius Roberti et cum testimonio ipsorum. Et si forte contigerit ut predictus Robertus Corbet infra illos XX annos quibus memorati monachi predictam terram tenere debent moriatur, et ego vel heres meus eamdem terram in manu nostra ceperimus, quicquid monachi propter hoc perdiderint, heres prefati Roberti quando de terra illa investitus fuerit, antequam de red[ditu] terre illius aliquid habeat sepepredictis monachis ex integro restaurabit. Et ut hec omnia predicta firma et stabilia permaneant, ea presentis scripti testimonio et sigilli mei attestazione confirmavi et corroboravi. Testibus his, Gervasio capellano meo, Willelmo de Seran, Roberto de Nuilleio, Roberto de Gavrenda, Roberto de Logis, Gaufrido de Bereio et pluribus aliis.